

Påven Gregorius (XI) tillskriver biskop Johannes (Westfal) i Åbo och bekräftar alla de friheter och privilegier som av tidigare påvar beviljats biskopen och biskopsbordet i Åbo, liksom alla de friheter och undantag från världsliga skatter som medgivits samma biskop och biskopsbord av kungar, furstar och andra.

Avskrifter: [A] i Registrum ecclesie Aboensis, hs A 10, fol. 46r–v, Sv. Riksarkivet; [B] i Skoklosters Codex Aboensis, E 8689, fol. 10v–11r (Skoklostersamlingen), Sv. Riksarkivet.

SDHK nr 10998.

Faksimil: Codices medii aevi Finlandiae, vol. I, ed. J. Jaakkola (1952), s. 129–130; Codices medii aevi Finlandiae, vol. II, ed. J. Jaakkola (1952), s. 22–23.

Tryckt: REA nr 237.

Översättning: P. Nordmann, Valda urkunder till Finlands historia (1899), s. 33.

Regest: Celsus Bullarium (1782), s. 136 nr 24; FMU nr 861.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dej venerabilj fratri Johanni episcopo Aboensi salutem et ^a-apostolicam benedictionem. ^aCum a nobis [*petitur*]^b quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur^c effectum. Eapropter, venerabilis frater, tuis iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia siue alias iudulgentias^d tibi et mense tue episcopalj Aboensi concessas necnon libertates et exempciones secularium exaccionum ^ae regibus et principibus^f et aliis *christifidelibus* rationabiliter tibj et mense predicte indultas, sicut eas^g juste et pacifice optines, tibi et per te eidem^h mense auctoritate apostolica confirmamus et presentis scriptj patrocinio comunimus. Nullj ergo omnino hominum lice[*a*]ⁱ hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire.^j Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dej et beatorum Petri et Paulj apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum vj^k ydus Aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Rubrik i A och B: Copia bulle Gregorij pape super confirmacione priuilegiorum summorum pontificum et aliorum.

^{a–a} Förkortat ap · b · B. ^b Så supplerat REA; saknas A, tillagt över raden B. Jfr t.ex. DS nr 5262, 7439 och SD nr 2458 efter liknande formulär. ^c perdu catur utan avstavningsstecken vid radskifte A. ^d Härefter överstruket siue alias indulgentias B. ^e Rättat från ad B. ^f Härefter överstruket et regibus B. ^g eos B. ^h eiidem B. ⁱ Så supplerat REA, jfr t.ex. DS nr 5215–5217, 7439 och 8218 efter liknande formulär; licet A, B. ^j contrarie följt av överstruket siq B. ^k 6to B.